

he fratres de la Merced, qui sunt in Qua-  
 tumala, & in Piru, & in hac Noua Hispania  
 gaudent hoc priuilegio, quia sunt Religiosi  
 alicuius ordinis in Indiis maris Oceani, cō-  
 morantes sub Prouinciali, & aliis Prælati-  
 degentes. Pro hac materia videatur glossa in  
 cap. Quia quorundam de electione lib. 6.  
 & Panormi in cap. Nimis praua de Excessi-  
 bus Prælatorum. nu. 1. & in Rubrica de vita  
 & honest. Cle. Vbi tractat quid nomine regu-  
 laris & Religiosi veniat intelligendū. Qua-  
 re Religiosi qui non habent prouinciam Pro-  
 uincialeni, & capitulum Prouinciale in his  
 Indiarnm partibus, nō gaudent hoc Breui, &  
 concessione exercendi officium Parochi, quia  
 ipsius Breuis litera dicit, quod hec dicta po-  
 testas debet concedi, & communicari Religi-  
 osis à suis Prælati in capitulis Prouincia-  
 libus.

12. ¶ Tertio aduertant fratres [ quibus aucto-  
 ritate Apostolica & Regia cōmissum est Sa-  
 cramenta Infidelibus, & nouiter conuersis  
 administrare: Dei q; verbum illis propone-  
 re non tantum ex charitate vt hactenus con-  
 suenerunt dicere sed ex mera obligatione, in-  
 terim q; cōmissos sibi populos non relinqūt  
 Epif